

8
1702 1866 16
DISSERTATIO JURIDICA
DE
IMMVNITATE
NON EXCUSANTE,

50
QVAM
DEO ter O. M. annuente,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO.

D N. F R I D E R I C O
WILHELMO,
REGNI BORUSSICI, ELECTORATVS ET
PROVINCIARVM BRANDENB. HEREDE,
ET RELIQUA,

In Illustri Academia Fridericiana,
PRÆSIDE

JACOB O F R I D E R I C O
LUDOVICI,
J. U. D. & PROF. PUBL. EXTRAORD.

Placido Eruditorum examini submittit

Ad d. Decembr. M DCCII. H. L. Q. C.

CHRISTOPHORUS GEORGIUS de LIETH
Eques Bremensis.



RECUS. HALAE MAGDEBURGICAE.
LITT. CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPogr.

DOMINI SALVATORIS TRANSFIGURATIONIS
ETAT IN MONUMENTUM
NON AXIS ASIANTE

DOMINI IESU CHRISTI ELEPHANTIS
REGIUM BORGO REGATORATUS TE

JACOB OBERERICH

QUELLE DER RICHARD PRESTE RYMOND
GERALDUS HONRATUSUS GEORGE HONRATUSUS
GERALDUS HONRATUSUS GEORGE HONRATUSUS

CHRISTIANI HENCKEL II, Ver 1. April



INGRESSUS.



Ommuniter evenire so-
let, ut imperiti rerum judices vi-
sô alicujus Dissertationis titulô
thema illud, quod tractandum
sibi sumferunt Disputantes, tan-
quam nimis vulgare & leve con-
temnant neque dignum esse existiment, quod publi-
cæ Eruditorum ventilationi subjiciatur. Duobus
enim verbis omnia efferri posse putant, quibus
Autor Dissertationis tot plagulas insumere coa-
ctus fuit. Posset forsitan eadem reperiri sata præ-
sens nostra Disputatio, quam de Immunitate non
excusante conscribere animum nostrum induximus.
Quid enim si quis dicat, omnia, quæ diximus, dua-
bus absolvi propositionibus, una regulam exhiben-
te: Quilibet exemptus immunitate ab oneribus in-
dictis gaudet: altera autem exceptionem subjicien-
te: exemptus ab extraordinariis muneribus excusa-

A 2

tio-

tionem non habet. Sunt, ni fallor, hæc genera-
lia hujus materiæ fundamenta eaque ita vulgaria,
ut quotidie in Collegiis ferè inculcari soleant. Re-
ste se habet ea objectio. Sunt vulgaria materiæ de
effectu immunitatis concessæ fundamenta, sed si-
mul generaliâ tantum sunt fundamenta. At verò,
qui generalia saltem hausit fundamenta, is specialia
ad rem pertinentia nondum percepit. Hoc verò,
ut fiat, ad distinctum de re aliqua conceptum for-
mandum omnino requiritur. Linquamus ergo a-
liis generalia, nostra intentio in hac disputatione
fuit, ut in specie explicemus, quænam denique sit
illa necessitas, quæ non obstante immunitate ad
onera publica subeunda exemptum obstringat, mul-
ti enim sibi fingunt necessitatem, quæ talis non
est, aut in quam ipsi sese conjecerunt, qui eandem
experiuntur. Præmisimus autem, ut eo melius
mens nostra patesceret, in Capite I. nonnullas
quæstiones, quæ ad naturam immunitatis ejusque
diversos fontes cognoscendos pertinent, quæ omnia
ut B. L. æqui bonique consulere velit, est quod
obnoxie rogamus. Sit ergo.

CAP. I.

¶ (5) ¶

CAP. I.

De

Variis fontibus, ex quibus jus immunitatis deducitur ejusdemque ordinariis effectibus.

CONTENTIA HUJUS CAPITIS.

DE origine penitiorum publicarum remissive. *Ad communia o-*
nera omnes cives regulariter tenuuntur, §. I. Interdum tamen non-
nulli in Rep. ab iisdem eximuntur §. II. Varii fontes hujus exemptionis.
Examinatur distinctio inter immunitatem ex conditione subjecti & ju-
re extrinsecus adveniente praesumente eaque rejicitur, §. III. Immuni-
tas velex Lege oritur vel ex consuetudine, privilegio aut prescriptio-
ne, §. IV. Quæsto prejudiciale: Utrum Principi immunitatem con-
cedere permisum sit? qua affirmatur & dissentibus responde-
tur §. V. Princeps tamen hic regulas prudentie observare & in conce-
dendis immunitatibus non nimis facilis esse debet §. VI. Immunitas vel
ex mera gratia, vel per modum contractus conceditur. Posterior est
irrevocabilis, prior autem pro libertu iterum revocari potest §. VII. Im-
munitas propter precedentia benemerita concessa revocationi non sub-
jacet §. IX. Interim tamen, quamdua etiam in immunitate ex mera
gratia dependente revocatio Principis non accedit, iudicium effectus, qui
ex reliquo speciebus, exinde profluum §. IX. Singulas privilegiorum &
immunitatum species recensere impossibile est, §. X. De immunitatibus,
que in jure communi Clericis, Militibus, Nobilibus aliquique indulgen-
tur remissive §. XI. An in dubio immunitas saltem a personalibus, an
vero simul ea a patrimonialibus iam concessa censeatur? ubi inciden-
ter de brocardo: Beneficia Principum latissime esse interpretan-
da §. XII. Diquiritur, quid presumendum sit in dubio, utrum immu-
nitas soli persone concessa, an vero heredibus etiam & sic realis sit?
Distinguitur §. XIII. Alia quæsto: an in dubio immunitas ex mera
gratia, an vero per modum contractus constituta estmetur? Notantur

6 CAP. I. DE VARIIS FONTIBUS

dure Klockii in hac materia expressiones §. XIV. De effectu immunitatis per prescriptionem acquisita. Ejusmodi immunitatem in dubio pro reali habendam esse assertur §. XV. Immunitas personalis an illi soli proficiat, cuius persone ab initio concessa fuit? Distinctio Lauterbachii inter ipsum privilegium & commodum ex privilegio §. XVI. Immunitas ab oneribus patrimonialibus concessa etiam ad bona postmodum quæsta pertinet, sub certa tamen limitatione. Respondetur ad objectionem & assertio nostra alio exemplo illustratur §. XVII. De Questione: urum civitas alicui ex civib[us] immunitatem ab iis collectis, quas Princeps imponere consuevit, tribuere possit? Sententie diversa aliorum pure negantum, aliorum distinguentium, de quibus judicium fertur §. XIX. Immunitas non solum ab ordinariis, sed ab extraordinariis etiam oneribus concedi potest. Alia questio autem est, an hoc in dubio factum presumatur? quo ipso sit ingressio ad caput sequens §. XIX.

§. I.

QVæ de pensionatum publicarum primis originibus disquirere solent reum Politicarum Scriptores, eadem ut in presenti ab ovo repetamus, ad institutum nostrum pertinere non videtur, cum sati certum sit, tributa, vectigalia & similes præstationes cum ipsis statim imperiis originem suam sumisset, de qua materia fusè & accuratè jam egerunt Bodinus de Republ. l. 1. c. 10. & lib. 6. c. 2. Polydorus Virgilius de rer. invent. l. 2. tit. de triplici regim. gen. Siganus de jure civium Roman. l. 1. c. 16. aliique plures, quorum catalogum exhibit Petr. Heigius P. 1. quest. 17. num. 2. Nobis ergo hoc unicum dixisse sufficiet: regulariter quemlibet in Civitate viventem ad communia onera subeunda obligatum esse, ex ratione, quia omnes communi securitate & protectione Principis eodem modō fruuntur, commoda autem & incommoda

da ut eundem ubique sequantur, ipsa æquitas naturalis dicitat.

§. II. Quamvis verò hæc ita regulariter procedant, nihilominus tamen nulla ferè erit Res publica, in qua non Princeps, aut penes quem alias jus Majestatis res det, non nullas personas ex reliquo concivium classe certas ob causas eximat, iisdemque restrictam intendunt, interdum etiam absolutam ab oneribus illis communibus immunitatem concedat. Imò ejusmodi immunitas hæd raro aliis quoque modis obtineri solet. Quoniam ergò de effectibus immunitatis concessæ accurate agi nequit, nisi prius diversi illi fontes probè ab invicem separantur; hinc pauca de iisdem præmittenda erunt. Paucia inquam. Nec enim singula hic adferemus, quippe quæ integrum tractatum requirent & metas nostras egredentur; sed in generalibus solum subsistemus & de iis, quæ vulgo adferrifolent, judicium nostrum subjiciemus.

§. III. Immunitas nascitur vel *ex conditione subjecti*: quò pertinent v. g. mendici, pauperes, fundi steriles, &c. vel *ex jure extrinsecus adveniente*. Ita hanc divisionem tradit B. Zieglerus in tr. de jur. majest. lib. 2 c. 2 § 2. Sed quod salvâ autoritate tanti Viri dictum sit, membrum prius ejusdem distinctionis plane impertinens esse videtur. Propriè enim loquendo immunitas & privilegium tale subjectum supponit, quod alias cum reliquis concivibus ad communia onera ferenda concurrere posset, nisi speciali Principis indulgentiâ exceptum fuisset. At verò tale subjectum non sunt mendici, pauperes & fundi steriles. His ergò Princeps collectas etiam invitus remittere tenet, juxta vulgatum illud: Wo nichts ist, da hat der Kaiser sein Recht verloren; sed privilegia & immunitates propriè sic di-

Et à voluntate Legislatoris proficiuntur. Imò & inter privatos dici solet juxta l. 6. ff de dol. mal. inanem esse actionem, quam inopia Debitoris excludit; quis verò exinde inferret, inopem debitorem jus immunitatis habere à debitis per solvendis? Deberet scilicet hic solvere, sed non potest: at immunitis possit quidem solvere, sed non debet. Jung. Tabor. de jure metat. p. 3. c. 1. num. 9. & l. 4. §. 2. ff. de mun. & honor.

§ IV. Quomodo alii immunitatem in suas species distinguant, ad nos in præsentin h̄l attinet. Nobis ita procedendum esse videtur. Omnis immunitatis concessio est species cuiusdam dispensationis, & sic à Principe solum, non ab inferiore procedere debet. Proficiuntur autem eadem vel à voluntate Principis expressa, vel à tacita etiam. Deinde vel respicit unam personam ipsam, vel certam aliquem ordinem aut Collegium. Priori casu dicitur Lex vel consuetudo; posteriori autem priuilegium aut prescriptio. Et hoc collimant, quæ loc. ans. cit. porro subjicit B. Zieglerus.

§ V. Deprehenduntur quidem nonnulli, inter quos Aegid. Thomat. in tr. cl. de Collectis. §. Nobilitas. n. 19. & 22. &c. alii relati à Casp. Klockio in tr. cl. nom. polit. de Contribut. cap. 16. scil. 1. num. 12. existimantes, non posse Principem cuiquam immunitatem concedere, quippe quod immunitatis concessio à lege prohibita videatur, adeo, ut nec per Constitutionem præmaticam, neque per divinam annorationem, neque d. vinô oraculo quis excusari debeat, in quem finem adducunt l. 2. C. de quib. muner. vel præstat. nem. lic. se excus. lib. 10. sed salva nihilominus res est. Allegata siquidem Lex de eo casu solum loquitur, si subditi in vitâ Princeps, aut per Rescripta sub- & obreptitiē impetrata ordinariis præstationibus se subtrahere intendunt, quod omnino extra controversiam positum manet; in eo autem, quod Princeps

ET EFFECTIBUS JURIS IMMUNITATIS

9

Princeps prævia matura deliberatione facere decrevit, nulli limites eisdem ponantur. Paulo aliter respondet Klock loc. allegat. Et quid, si dicamus, potestatem Principum nostrorum ex jure Romano definiti non posse, cum status noster hodie unus & vetus ille Romanus multis parasangis à se invicem distet, sed illa responfione ne quidem in præfenti opus esse videtur.

§. VI. Illud interim dissentientibus facile largimur, quod bonus Princeps in concedendis privilegiis & immunitatibus non nimis facilis esse, sed tanquam Pater patriæ æqualitatem instar Patris inter subditos suos, quantum fieri potest, conservare debeat. Quotidiana sane experientia testatur, qualia inde oriuntur, si interdum Parentes alios ex liberis suis aliis postponunt, inæquales bonorum suorum portiones constituentes, aut alias etiam adfectum suum inæqualiter partientes: quanto major autem discordia metuenda erit, si tale quid inter cives unius Reipublicæ eveniat, de quo legi merentur, quæ Adam. Contzen lib. 5. Polit. c. 7. in f. 15 c. 18. num. 4. verf. maxime fusius hanc in rem differit. Imo interdum eo ipso occasio suppeditatur subditis, ut lapsu temporis imperio summi Principis se plane subtrahant, prout hoc Italia & aliae potentissimæ Imperii nostri Provinciæ propter nimias Imperatorum indulgentias cum maximo boni publici damno fecerunt, v. Petr. Fridericus, vulgo Mindanus, de mandat. lib. 2. c. 8. n. 17. E contrario tamen, quemadmodum bono Patri non prohibetur est, ut liberis obedientibus & majorem præalis rei familiaris utilitatem adserentibus magis indulget: ita quoque justo Principi ob justas causas nonnullos ex subditis aliis præferre neutiquam est interdictum. Valebit enim in hac quoque materia tritum illud: Tollatur abusus, verus tamen & justus retineatur usus.

B

§. VII.

§. VII. Illud, antequam ulterius progedimur, adhuc observari meretur, concessionem immunitatis, quæ ex privilegio oriri dicitur, duplicitis esse generis. Alia siquidem *ex mera gratia* Principis proficiscitur; alia autem per modum *contractus & investitura* confertur. Seu, quod de actibus privatorum dici solet, eodem tamen recurrit, aliam *ex titulo lurativo*, aliam iterum *ex oneroso* proficiunt. Quæ distinctione ob hanc causam probè observanda, quoniam DD. communiter Principi liberam facultatem concedunt, privilegia subditis suis semel concessa pro arbitrio suo quounque tempore iterum revocandi, Cacheran. *Decis.* 39. n. 9. 21. seqq. Anton. Gabriel l. 3. comm. conclus. tit. d. jur. quæf. non toll. *Concl.* 6. num. 5. Unde non immerito disquiritur, de quibusnam privilegiis hoc i: telligi debeat, utrum de utraque specie, an saltem de alterura? Respondent vero iidem DD. dictam revocandi potestatem ad privilegia mērē gratiōla pertinere, quæ propterea non cum donationib: privatorum, in quibus penitentia non est permitta, sed cum precaria concessione comparare svererunt. At vero, si immunitas titulo oneroso est acquisita & in modum contractus transit, aliud dicendum venit, quia obligatio ex contractu est juris naturalis, quod utique etiam Principem obligat; M. Ant. Peregrin. *de jure Fisci* lib. 1. tit. 3. n. 28. Petr. Paul. Paris. *Conf.* 2. n. 127. Vol. 4. Prukmann Vol. 1. *Conf.* 39. num 51. Perillust. Dn. de Rhetz. *Inst. jur. publ.* l. 2. tit. 7. §. 3. & 4. Illustr. Dn. Stryk in *not. ad Lauterb.* de *Const. Princ.* *Verb.* *ex mera gratia.* B. Brunnenm. ad l. 31. ff. *de LL.* num. 7. seqq.

§. IX. Idem dicendum est de immunitate *ob prædentialia benemerita* & insigniter promotam publicam utilitatem concessa. Tunc enim non potest præsumtio capi, *Prin-*

Principem solummodo ad instar precarii alteri aliquid conferre voluisse, sed pro vera potius donatione conjectura stabit. Tunc videtur, inquit B. Bunnem. d. l. n. 8. per modum contractus dari privilegium & non per modum simplicis liberalitatis, quando concurrit aliqua reciproca obligatio vel compensatio, v. Enenkel Baro de privil. l. 3. c. 8. n. 1. Tiraquel. ad l. si unquam verb. Donatione largitus. n. 14. C. de revoc. donat. II. usq. Dn. Stryk loc. prox. cit. & ad verb. per modum conventionis. Et non absurdum videtur assertio Petr. Ant. de Petra de pot. Princ. c. 32. dubit. 2. n. 135. ejusmodi concessiones ne quidem in casu supervenientis ingratitudinis re ocari possint, quia nec hoc in simili casu à privatis fieri potest, quorum, uti antea dictum, eadem hac parte cum Principi est indoles, v. Ziegler de jur. Majest. l. 1. c. 12. §. 12. modo supponamus, quod ejusmodi non accesserit dictum, quo bonorum confiscationem involvere solet.

§. IX. Quamvis vero haec ita sint; interim tamen quamdiu in immunitate etiam merè gratiofa revocatio non accessit, idem utriusque est effectus, cum & dicto casu, quod Principi ad tempus saltem placuit, durante eo tempore legis vigorem habeat, l. i. pr. ff. de Consil. Princip. Idem dicendum venit de reliquis immunitatum fontibus quos supra §. IV. commemoravimus. Sive enim ex tacita, sive expressa Priucipis potestate veniat immunitatis concessio, nil interest, cum juxta vulgaria, taciti & expressi eadem vis sit & efficacia. Et porro, quantum juris integrum aliquod Collegium, sive certus personarum ordo ex immunitate concessa consequitur: id quoque in suo genere singulis individuis ex eadem causa competit.

§. X. Expectas forsan, ut singulas immunitatum species uno vel altero exemplo declaremus; sed hic, quantum

tum ad immunitatem ex speciali privilegio, præscriptione & consuetudine competentem attinet, non incongrue applicari poterit, quod in simili Zieglerus de jur. Majest. l. 2. c. 2. §. 47. dicit impossibile esse, cum unicuique civitatis sue sint consuetudines, ut quis singulas vel examinet, vel recenset saltem. Addiscere eas posse quemlibet, tum quando se municipem fecerit, & civitati certe se addixerit. Ita quoque nos subjungimus: impossibile esse, cum adfectus Principum & causæ impulsivæ diversissimæ dentur, ut quis singulas immunitatum species, vel ex privilegio, vel ex præscriptione aut consuetudine etiam in hac vel illa Rep. privatis competentes recensere & examinare queat. Neque etiam, ut præcisè omnes sciamus, necessarium esse videtur, cum haustis fundamentis generalibus de singulis deinde facili negotio judicium ferri possit.

§. XI. Eas immunitatum species, quæ in corpore iuriis utriusque vel de Consuetudine notoria nonnullis hominum ordinibus, vel certis etiam rebus indulgentur, v. g. Clericis, Militibus, Professoribus, Nobilibus, rebus ecclesiasticis, &c. recensere sine dubio longe facilius esset, cum non minus ac reliquæ Leges omnibus notæ sint, vel saltem esse debeant; verum enim vero iliada post Homerum scriberemus, si iisdem enumerandis & deducendis operam aliquam insumere vellemus. Qui hac de re uberiorum notitiam desiderat, ille citatum antea Volumen Casparis Klockii, Cancellarii quondam Stolbergensis, de Contributionibus cap. 12. seqq. Casp. Zieglerum de jur. Majestat. l. 2. c. 2. Vice-Cancellarium Coburgo-Isenacem Georgium Mundium à Rodach in tr. de muner. & honor. Cap. 6. num. 367. seqq. Aegidium Thomatum de Collectis passim aliosque, qui in magna copia de hac materia literis quædam confignarusunt

runt, videre potest, nostrum enim non est, viros illos exscribere. Binis ergo verbis adhuc saltem monebimus, quid circa effectus ordinarios concessae immunitatis in una alterave quaestione observandum.

§. XII. Scilicet, cum duplex sit immunitas: alia ab oneribus personalibus, alia à realibus, ante omnia quidem ad tenorem cuiuslibet privilegii, aut legis respiciendum erit; quod si autem de illo tenore adeo aperte non constet, non sine causa disquiritur, quidnam in dubio præsumi debeat, utrum nempe ad sola personalia, an vero simul ad realia seu patrimonialia etiam pertineat immunitatis concessio? Sanè, si juxta vulgatum brocardicum: *Beneficia Principis sunt latissime interpretanda*, procedendum esset; ad nulla plane onera obstringeretur amplius, qui immunitatem consecutus est. Verum prout nulla ferè alias exempla deprehendo, quibus adlatum brocardicum explicari possit: ita quoque hīc DD. ad eam declinare sententiam animadvero, quod immunitas simpliciter concessa regulariter solum à personalibus oneribus concessa censeatur, Cardin. Tusch. Praet. conclus. lit. E. conclus. 560. num. 24. Decian. Resp. 35. num. 49. & Resp. 51. num. 23. vol. 3. Cacher. Decis. 95. num. 50. Ratio in promptu est, quia in donationibus in dubio potius ad restrictionem, quam ad extensionem proni esse solemus, ob avaritiae radicem omnibus hominibus insitam. Neque est, quod regeras, locutionem tamen generalem generaliter etiam, id est, de omnibus speciebus sub illo genere comprehensis esse intelligendam; fallit enim hæcregulatoties, quoties ad donationes & actus gratos appli- catur, quia generalis locutio ex mente loquentis explicanda, ea autem mens in dubio hæc non suisse intelligitur, quod multum, sed potius, quod parum in alterum transfer-

revoluerit. Hic ergo semper vel ad expressam Principis declarationem, vel ad consuetudinem & usum hactenus servatum respiciendum erit.

§. XIII. Alia planè est quæstio, qualis in dubio sit immunitas concessa, utrum personalis solum, an verò simul etiam ad heredes transitoria & sic realis? distingvendum erit. Vel enim immunitas ex mero privilegio & gratia Principis provenit; vel in contractu aliquo radicata est. Priori casu in dubio pro personali saltem habenda, ob ea quæ in §. prec. modo diximus, quod scilicet liberalitas potius restringi, quam extendi soleat; posteriori autem casu placet opinio Klockii de *Contribut.* c. 16. sect. 1. n. 73. existimantis, immunitatem, si ex contractu descendat, realem esse & ad heredes transfire, etiamsi illorum nulla facta sit mentio, idque propter naturam contractus & presumtam affectionem contrahentis & acquirentis, qui naturæ ductu successori etiam suo prodesse cogitat, juxta vulgatum illud: in contractibus non solum pro nobis contrahimus, sed quoque pro heredibus nostris, v. l. si pactum. 9. ff. de probat. Bursat. Consil. 16. num. 44. Gail. 1. 2. obs. 2. num. 15. Hæc est vera illius aſſerti ratio. Quæ autem porrò adducit citatus Autor & cum eo Menochius lib. 3. præsumt. 103. num. 20. quod nempe propterea etiam immunitas in dubio pro reali habenda fit, quoniam beneficia Principum latè sint interpretanda; illam parum ad rem facere & non tam probare, sed illustrare saltem decisionem videtur. Cùm enim & Donationes privatorum in dubio reales, id est, ad heredes transitoriae censeantur, & Princeps in omnibus conventionibus jure privatorum utatur; hinc sanè hōc respectu beneficiis Principiis peculiare aliquod prædicatum & laxior præ donationibus aliorum interpretatio attribui non poterit

rit. Interest vero, ni fallor, neveras theses ex lubricis
fundamentis deducamus, v. Excell. Dn. Thomasius *in pec-
cul. Disp. de interpret. benefic. Principis passim.*

§. XIV. Hæc ita recte fæse habent, si de origine con-
cessæ immunitatis inter partes controvertentes constet.
Sed novum adest dubium. Rerum quippe origines ut-
plurimum in occulto jacent, nec liquido probari possunt,
unde iterum ad præsumptiones & conjecturas configuen-
dum. Quæritur ergo, an in dubio immunitas ex mera
gratia, utrum vero per modum contractus & titulô (quo-
dammodo saltem) onerosô alicui concessa censeatur? Ho-
die, responder cit. Klockius num. 191. non solent concedi sine
aliqua causa & compensatione immunitates & exemptiones, cum
Domini subditos suos potius excorient & eorum propria aufe-
rant, quæ illis aliquid donent. Circa ipsam quidem affe-
tionem Klockii non reperimus, quod moneamus, cum ad
donationes nulli homines, nec Princes, nec privati, re-
gulariter inclinare solent, ex quo proverbium originem
duxit: quod donatio nunquam præsumatur, sed ab alle-
gante specificè probari debeat; interim tamen, quantum
ad reliqua formalia attinet, ea neutiquam nostra facimus.
Sint Domini, qui subditos suos potius excorient & eorum
propria auferant, quæ illis aliquid donent; non tamen
omnes sunt tales, sed dantur adhuc etiam probi Domini,
qui instar Patrum subditos suos sincerò affectu prosequun-
tur eorumque bona & commoda pro viribus promovere
nituntur. Ergo ratio decidendi non hæc est, quia multi
dantur improbi Domini, quæ scilicet ubique applicari non
potest; sed hæc potius, quia ad donationem regulariter
non inclinant homines.

§. XV. Pergo ad effectus ex immunitate *per prescri-
ptio-*

ptionem quæsita profluentes. Et primo quidem, si quaeritur: an ea solum ad personalia onera spectet, an vero simul etiam ad patrimonialia? regula certa dari nequit, sed ad quasi possessionem, in qua præscribens deprehendit, respici oportet. Hic enim vulgatum illud locum invenit:
quantum possedium, tantum prescriptum. Gebhard de Ufus. c.l.
 §.4. Struv. S. I. C. Exerc. 43. ib.i.u. Quod si autem porro quaeritur, an præscribens sibi solum, an vero simul etiam liberis & heredibus suis prospicere voluerit, seu, quod eodem recidit: an immunitatem personalem, an vero realem intenderit? ita tenendum est. Effectus præscriptionis extra dubium ex intentione præscribentis & accidente tacitâ Principis voluntate dijudicandus venit. Jam vero plurimorum hominum ea regulariter conseruit esse intentio, ut non solum ad vitam sibi solis acquirant, sed ut simul etiam in futurum heredibus suis prospiciant, prout paulo ante de contrahentibus diximus in § XIII. Nulla ergo dubitandi ratio adesse videtur, quo minus idem de eo, qui hactenus in possessione vel quasi juris immunitatis fuit, præsumi debeat. Et hinc immunitatem ex præscriptione acquisitam in dubio realem affirmare nulli dubitamus, conf. Cravetta *Conf. n. 11.* Surdus *Conf. 25.* Klock. loc. cit. n. 74.

§. XVI. Ceterum circa immunitatem personalem illud adhuc observari meretur, quod ea quidem directo in illius personæ favorem tendat, cui ab initio à Principe concessa fuit; sed quod nihilominus tamen aliqua extensio hic locum invenire & sic verba concessionis non nimis crudè accipi debeat. B. Lauterbachius in *Comp. jur. ad tit. de Constat. Prince.* distingit inter ipsum privilegium & commodum ex illo privilegio promanans. Prius soli privilegiato assignat, posterius autem aliis quoque, id est, personis ad familiam ejusdem

dem pertinentibus, v. g. Uxori, liberis, &c. tribuit, unde si par-
terfamilias ab Accisæ solutione immunitis est, quotquot ad
ipsius familiam pertineat, eadem immunitate fruentur. v. l.
6. C. de Profess. & Med. ib: una cum uxoribus & filiis. Non im-
pugnabimus quidem adlatam distinctionem, quamvis qua-
dantenus subtilis esse videatur; interim tamen nec absurdum
fore credimus, si statuimus, quod ipsum privilegium
secundario ad omnes è familia pertineat. Et hoc spectat
DD. regula: *Quoties privilegium personale privilegiato (vel
in totum, vel ex maxima parte) foret inutile, nisi ejus usus
extendatur ad alios, toties licita est ex alterius persona exten-
sio*, conf. Mevius P. 4. Dec. 121, num. 6. in not. Georg. Acacius
Enenkelius de Privil. l. 2. c. 4. n. 18. Brunnem. ad l. fin. §. 1. C.
de usur. rei jud. Illustr. Stryk in not. ad d. l. Lauterb. verb. ad
alios. Quicquid enim indulgetur Patrifamilias, tanquam
capiti: illud ejusdem membris nullo modo denegari po-
test. Et valere quoque hic debet commune illud & evidens
principium: quod accessorium naturam principalis sui ubi-
que sequatur.

§ XVII. Quoad immunitatem ab oneribus patrimo-
nialibus porro disceptatur: an ea indefinite concessa etiam ad
bona postmodum quæsita pertineat, vel an ad illa saltem re-
stringenda sit, que tempore concessionis aderant? Sunt non
pauci, qui quæstionem ita generaliter propositam generali-
ter etiam affirmant, Natta Conf. 340. num. 25. Menoch. Conf.
201. n. 148. Carolus Tapia ad l. fin. ff. de constit. Princip. P. 1. c.
4. num. 7. conf. Klock. cit. c. 16. sec. 1. num. 79. eundemque
qui de vectigalibus atque tributis in Principis alicujus ter-
ritorio exemptus est, etiam ab his, quæ in terris noviter quæ-
sitis solvenda sunt, liberum pronunciant; sed re exactius
penitata aliorum distinctè procedentium sententia veri-

C

ta-

CAP. I. DE VARIIS FONTIBUS

tati magis congrua esse censetur. Ita autem, putamus, procedendum erit. Aut enim in literis concessionis dixit Princeps, es sollen des Titii Güter, alle und jede, gegenwärtige und zukünftige, von allen Beschwerden frey seyn, & tunc res expedita est, nec conjecturis indigemus: aut indefinite saltem locutus est: es sollen des Titii Güter von allen oneribus besereyet seyn. Hoc posteriori casu dubium oritur ex rationabilibus præsumptionibus resolvendum. Ita autem subdistinguendum esse putamus. Aut aliquis, cuius prædum vel ædes immunitate gaudebant, adhuc aliud plane separatum prædium ædesque à prioribus distinctas acquirit: aut saltem priori prædio ædibusque per modum nudi accessoriū & augmenti aliquid adjicit. Priori casu non putamus, quod concessa à Principe immunitas etiam ad novum illum fundum extendi queat, propter ea, quæ jam aliquoties adduximus, quod nempe in dubio voluntas donantis restrictionem potius, quam extensionem admittat. Aliud dicendum in casu posteriori, quoniam accessoriū naturam principalis semper sequi consuevit. Et qui loquitur de re aliqua indistincte; ille etiam præter principale de accessorio locutus esse recte existimatur. Unde privilegium exemptionis datum Nobili pro toto suo districtu, si deinde districtus augeatur, ut quia nobilis emit agros quosdam & sic per modum accessionis suum auxit territorium, extenditur ad tale augmentum exemptio, quia territorium & districtus est quid universale seu universalitat's comprehensivum, Joseph. de Sese *Decis.* 160. n. 17. Joh. Bapt. Aymus *de alluvion. jur.* l. 2. c. 6. *per tot. add.* Rosenthal *de feud.* c. 10. *conclus.* 44. n. 34. Ad rationem dubitandi, quæ ex vulgata clausula in omnibus contractibus & concessionibus tacite subintellecta, scilicet: *Rebus sic stantibus, desumi potuisse,* jam

jam respondit Klockius *cit. 10. num. 85.* quod nempe ea clausula solummodo ad concessiones particularis pertineat, quando de ipso rei corpore queratur, non autem ad universales, utpote in quibus idem rerum status semper manere intelligitur, quamvis aliquid addatur, vel diminatur. Ceterum ad illustrationem hujus asserti, quod nempe accessorum eadem gaudeat immunitate, quae in principali deprehenditur, non parum contribuere videtur, quod etiam augmentatione dotis alicubi locorum usitato eadem communiter privilegia & jura praecipua tribuant DD. quibus ipsa dotis substantia instructa est, Mevius *P. 7. Dec. 229.*

§. XIX. Illud adhuc discutiendum restat: utrum quoque Civitas alicui ex civibus immunitatem ab iis Collectis, quas Princeps imponere consuevit, tribuere possit? Negat questionem simpliciter Franc. de Amaya *ad l. 1. C. de immun. nem. cont. ed. n. 44.* ex hac ratione, quia civitati non est licitum de rebus Principis & de iis, quae pertinent ad potestatem supremam donare, & quia immunitas non est res civitatis, sed Principis, cui debentur munera & tributaria functiones. Zieglerus *de jur. Majest. l. 2. c. 2. §. 60.* distincte circa hanc rem procedit, separando scilicet diversos casus, utrum civitati, ut *toti aggregato*, imposita fuerit à Principe collecta, an vero *singulis in ea* civibus. Priori casu exemptionem à civitate factam admittit, modo reliqui concives portionem exempti in se recipiant; secus autem posteriori casu esse dicit, & in eum finem Responsum aliquod Facultatis Juridicæ Wittebergenis adserit. Nobis neutra ex hisce opinionibus simpliciter placet. Quod enim negativam Francisci de Amaya attinet, ea duplum intellectum habere potest. Scilicet civitas concedit immunitatem vel eo fine, ut illa in præjudicium Principis vergat & Princeps por-

C 2
tio

20 CAP. I. DE VARIIS FONT. ET EFFECT. JUR. IMMUNTI.

tione exempti carere teneatur , aut reliqui cives eandem portionem de suo supplent . Priori casu recte se habet adlata illa negativa , cum factum subditorum Principi præjudicare non debat ; posteriori autem nullum fundamentum deprehendo , cui illa superstrui possit , quia Principis non interest , an exemptus ipse , an reliqui ejus nomine & vice collectam indiciam persolvant . Et idem quoque ad distinctionem Ziegleri reponendum esse censemus . Sive enim Collecta civitati ut toti aggregato , sive singulis capitulo imponatur , Principis iterum nihil interest , à quonam solutio fiat , modo illa revera fiat . Adduxit quidem Vir consultissimus Responsum Wittebergense in §. 61. loc. cit. ubi ita dicitur : Es wäre dann , daß der gemeine Pfennig oder andere dergleichen und auf die individua gesetzte Anlage gefordert werden sollte , dazu wäre er das seintige beyzutragen pflichtig ; sed in præcedentibus rationibus decidendi haec assertio nullo argumento stabilitur , ergo etiam salva autoritate DNN. Concipientium de eadem dubitare nobis permisum erit , qui non autoritate , sed firmis solum rationibus movemur .

§. XIX. D. nique addendum est , concessionem immunitatis non solum ab ordinariis , sed ab extraordinariis etiam oneribus fieri omnino posse , imo , quod magis est , ita ut neque necessitatis casus excipi debeat . Et tunc recte putat idem Zieglerus , taliter privilegiatum privilegio hoc suo gaudere debere sine ulla limitatione , neque adigi ad Collectas ullo modo posse , d. l. §. 59. Quamvis enim alias casus necessitatis tacite exceptus esse soleat ; hoc tamen non procedit , si verba privilegii omnem exceptionem respunt , & si concessionis tempore in genere de necessitate postmodum incidente cogitatum fuit , v. Matth. Berlich. P. 3.

De-

*Decis. 323. Bursat. Conf. 16. num. 53. Cacheran. Decis. 39. n. 17. &
20. Pruckmann. Vol. I. Conf. 27. num. 25. Christoph. Wintzler
de coll. Et. Decis. 2. num 51. Alia interim quæstio est: utrum
in dubio immunitas etiam ab ejusmodi extraordinariis tri-
butis & oneribus concessa iutelligatur? de qua nunc porro
in Cap. sequ, nobis brevibus dicendum erit.*

C A P. II.

De-

**Casibus exceptis, in quibus immuni-
tas concessa excusationem non
præbet.**

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Nullus actus humanus frustraneus esse censetur, & sic nec immuni-
tatis concessio. Paritur tamen illa juxta intentionem conceden-
dis interdum restrictionem, § I. Hinc profuit regula DD. quod immu-
nitatis non excusat ab oneribus extra ordinem impostis § II. Quid per
oneræ extraordinaria intelligatur? Opinio eorum, qui per ea innuene
oneræ à Magistratibus inferioribus imposta, que tamen rejicitur. § III.
Verus significatus § IV. Ex quo simul resolvitur questio: utrum colle-
cte ad munera ordinaria, an vero ad extraordinaria pertineant? § V.
Regula: immunitatem concessam non excusare ab oneribus extraordina-
riis illustratur exemplis, quorum prius ab Ecclesiis & Clericis peti-
tum § VI. Alterum vero a nobilibus, qui necessitatibus tempore non excu-
santur, licet alias ad prestanta servitia feudalia sint obligati § VII.
Applicantur hec in genere ad cuiuscunq; generis exemptos § IX. Ra-
tio, cur immunitas non trahatur ad casum extraordinarii oneris. Con-
ventiones & actus humani non extenduntur ad ea, de quibus ab initio
verosimiliter non fuit cogitatum, quod ex materia de renunciatione
illustratur § IX. Item, in omnibus concessionibus vulgata clausula: Re-
bus sic stantibus, subintelligi debet § X. Rejicitur limitatio nonnullorum,

C 3

quod

CAP. II. DE CASIBUS

quod immunitas tunc etiam ab extraordinariis excusat, si in genere de
bac necessitate vel casu improviso etiam cogitatum fuisset tempore con-
cessionis § XI. Extenditur potius regula nostra, quod licet immunitas
alicui concessa fuerit ab oneribus & collectis ordinariis & extraordina-
riis, solitis & insolitis, ea tamen non extendatur ad casum publica &
extreme necessitatis § XII. Ad finis doctrina in materia de prestatione
casuum fortuitorum § XIII. Onera extraordinaria sunt duplicitis ge-
nus, alia enim ex necessitate principis mere privata, alia ex publica
imponuntur § XIV. Ut immunitis collectis extraordinarias solvat, ne-
cessitas publica requiritur. (Alia distinctio inter necessitatem juris &
facti, § XV. Ostenditur per inductionem, quod DD. exenatum ad on-
era extraordinaria adstringentes semper de necessitate publica, totam
Remp. respiciente, loquantur. De Ecclesia solvente onera extraordina-
ria § XVI. De Nobilibus, eorum immunitate & quando illa non excus-
set § XVII. & XIX. Confirmantur dicta testimonio J. C.orum Witte-
bergensum, in specie auctem Casparis Ziegleri § XIX. De Nobilibus,
qui non feudalia, sed allodialia saltem possident bona, eorumque immu-
nitate, ubi in specie de Nobilibus Bremensibus, § XX. Quod si verba
concessionis tam latè patent, ut etiam de ejusmodi publica necessitatibus
casu locutus esse deprehendatur concedens, tunc immunitas absque ulla
restrictione indulgenda § XXI. Quamprimum cessat necessitas publi-
ca, tunc statim etiam effectus privilegii se iterum exercit § XXII.
Quod si civitas alicui per conventionem immunitatem concesserit, tunc
eodem modo, casus extraordinarii excepti esse consentur § XXIII. Alia
exempla immunitatis non excusantis. Clerici intuitu bonorum patri-
monialium oneri collectarum sunt objecti § XXIV. & XXV. Nisi for-
san non habeant domos parochiales & sic proprias ades inhabitare te-
neantur § XXVI. Bona ecclesiastica tamdiu sunt immunita, quamdiu
in dominio Ecclesie manent § XXVII. Immunitas Confiliariorum alio-
rumque non trahit ad eum casum, si mercimonia tractare incipi-
unt. § XXIX. Subjicitur regula generalis; quod cessante qualitate,
cuius intuitu immunitas concessa fuit, ipse etiam immunitas cessare
debeat, § XXIX.

§. I.

§. I.

Quemadmodum inter privatos nunquam præsumitur, quod actum frustraneum quis expedire voluerit, cum actionum suarum effectum ubique intendat homo: ita quoque ex cuiuscunque generis immunitate certos profluere effectus in capite præcedenti pluribus ostensum fuit. Quod si enim privatos decet, ut promissa exacte præstent & ne iuanibus verborum delinimentis alios aduncō, quod dicitur, nasō suspendent; quanto magis in Principis persona justum erit, ut quando semel fidem suam alicui ex subditis dedit, hic quoque eadem juxta concedentis intentionem plenē fruatur. *Juxta concedentis intentionem inquam.* Ergo quamvis immunitas generaliter concessa fuerit, nihilominus tamen casus aliqui speciales interdum obvenire possunt, ad quos intentione concedentis non quadrare videtur & qui adeò exceptionem à Regula constituunt. Ergo, ut paucis mentem nostram explicemus, in eruendo concessæ immunitatis sensu interpretatio restrictiva quoque locum obtinere potest.

§. II. Huc tendit quæfio, cuius sub finem præcedentis capitilis binis saltem verbis mentionem injecimus: utrum scilicet immunitas generaliter concessa ad ordinaria solū, an verò sicut etiam ad extraordinaria onera pertineat? Occinis forsan iterū brocardicum tuum: Beneficia Principum latissimè esse interpretanda, & sic per consequens Principem de extraordinariis etiam sensisse; sed prout illam regulam nullibi applicari posse jam anteā monuimus, ita quoque ad confirmandam eam assertionem ex ipsa omnium DD. concesione novum tibi in præsenti suppeditabimus exemplum.

§. III. Antequam verò ad alia progredimur, primo o-

mnium

CAP. II. DE CASIBUS

mnium constare debet, quid vocabulo *onerum extraordinariorum* indigitemus. Nec enim, ut solet, omnium h̄ic eadem est sententia. Sunt nonnulli, qui illa onera extraordinaria vocant, quæ à Magistratib⁹ inferioribus imponuntur, ordinaria autem, quæ ipse Princeps indicit, quem in finem adducunt l. 8. § 3. si. de de vacat. & excus. muner. & l. un. C. eod. v. Ruin. Vol. 4. Conf. 17. n. 5. Cravetta Conf. 495. num 22. apud Klock. de Contribut. c 2. n. 3. & 4. Verū cum Magistratibus inferioribus jus indicendi onera planè non competit, inde quoque ista assertio fundamento destitui videatur. Neque eam juvant textus modò allegati. Quamvis enim in d. l. 8. § 3. adstruatur, quod aliquis per *Magistratus* vacationem ab oneribus publicis habere possit; ibi tamen sine dubio sermo est de Magistratibus supremis apud Romanos, qui multa jura majestatica (an recte, an minus, nunc non disquirimus) exercebant, à quibus tamen ad nostros Magistratus non valet consequentia. Imò illa Lex potius pro nobis militat. Additur enim, eum qui jure immunitatis gaudet, ad collationes ex improviso indictas non teneri, à quibus sāne immunis non esset, si ejusmodi improvisa onera jure indicta fuissent, ut mox in sequentibus: *cas verò, que è lege fiunt, recusare non debet, subjicitur.* Dici ergo possent onera extraordinaria *de facto* talia, de quibus nobis in præsenti sermo non est. Idem innuit l. un. C. eod. sit. Si cœperis ad munera extraordinaria (de facto scilicet) a Magistratibus devocari, appellatione interposita poteris apud *Præsidem juris rationibus protegi.* Recte itaque Klock. c. 5. n. 103. seq. concedit quidem, eos etiam, qui Regalia non habent, sed tantum iurisdictionem, urgente necessitate collectas exigere posse; sed tamen hoc nos nisi unanimi decreto universitatis ac conventione cum illa inita, & per con- se-

sequens hoc casu collectæ impositionem non de Regalibus esse, sed in vim pauci & conventionis faltem subsistere assertit. At vero nos distinctionem eorum onerum querimus, quæ jure Majestatico imponuntur.

§. IV. Rectius ergo procedere censemus Georg. Mundium à Rod. *in tr. de munere. Et honor. cap. 3. num. 6. seqq.* qui munera extraordinaria ea esse dicit, quæ certam temporis præscriptionem & uniformem atque perpetuam præstationem non habent, neque Lege aliqua, vel SCto, vel Constitutione Principum regulariter, sed prout res & necessitas postulat, in repentinis casus ex improviso indicuntur, v. Rosenthal *de feud. cap. 5. conclus. 72. num. 6.* Bocerus *de Collect. c. 6. num. 7* Reinkingk *de regim. secul. Et Eccles. lib. 1. class. 5. c. 4. num. 105.* in specie autem Regnerus Sixtinus *in tr. de Regul. lib. 2. c. 14. num. 12. seqq.* qui fuse hanc materiam per tractat & aliorum opiniones simul adducit, quas tamen, cum parvi momenti sint, recensere supercedemus, add. Christoph. Wincelarius s. Wintzler *de collect. s. contrib. Imperii Et Provinciarum Decis. 2. num. 8.* Hoc ergo dixisse sufficiat, nos eam onerum extraordinariorum definitio nem, quam ex Mündio & Sixtino modo adduximus, in præsenti tanquam veram & genuinam supponere.

§. V. Facile itaque nunc simul patet, quid de ea quæstione dicendum sit: utrum scilicet Collectæ admunera ordinaria pertineant? Negatiuam nonnulli quondam amplecti voluerunt, ex illaratione, quia præter morem & legem extraordinario Magistratus imperio imponantur & varient singulis annis pro necessitate Reip. & fortunis subditorum, v. quos adducit Heig. P. 1. quest. 17. num. 30. seq. cui objectio nica quidem, quæ reponit Heigi sufficiere non videntur, cum non omne, quod à Principe Legis condendæ potesta-

D tem

tem habente imponitur, sit ordinarium munus; interim tamen affirmativa exinde facile patet, si modo distinctæ quæstiones: *An & deinde quantum contribuendum?* probæ ab invicem separantur. Ex priori cognoscitur differentia inter utriusque generis munera, quæ tamen intuitu Collectorum semper certa est. Quamvis ergo quantitas collectorum subinde variet, ex hac tamen variatione nova distributio in diversas species desumi nondum potest.

§. VI. Revertamur nunc ad id, quod caput rei est, cuius paulo ante in §. II. mentionem injecimus. Hæc scilicet communis DD. est sententia, quod immunitas alicui indefinite & generaliter concessa ad onera solum ordinaria pertineat, ab extraordinariis autem neutquam excusat. Adferamus nonnulla illustrationis gratia prout apud eos, qui de materia collectorum, contributionum & immunitatum scripserunt, comprehenduntur. Ecclesia sine dubio & personæ ad eam pertinentes maximo immunitatis privilegio fruuntur, & nihilominus tamen in casu extraordinario easdem necessitatibus subvenire debere constanter afferunt, cum ecclesia non habeat aurum, ut illud servet, sed ut eroget & in necessitatibus subveniat, c. 70. caus. 12. qv. 2. Pertinet huc c. 7. X. de immun. eccles. ubi Papa Innocentius III. Clericos hortatur, ut si magnam necessitatem, vel utilitatem perspexerint, absque ulla coactione ad relevandas utilitates, vel necessitates communes, ubi Laicorum non suppetunt facultates, subdia conseruant, & Laici tunc illa humiliter & devote recipiant cum gratiarum actione, quamvis quod mox additur, ut Romanus Pontifex propter imprudentiam quorundam (Epicoporum & Clericorum) prius consuli debeat, Papismum ejusque Monarchiam spiritualem non parum sapiat, conf.

6. 4.

c. 4. X. cod. & pluribus Georg. Mund. à Rodach *de munere, & honor. c. 3. n. 255. seqq.* Wintzler *de Collect. Dec. 8. n. 5.*

§. VII. Quantum ad Nobiles attinet, illis quidem vel propter feuda, vel propter alia etiam bona, quæ ex more Provincie immunitate gaudent, onus solvendi tributa & collectas nemor. regulariter injungeret, nec scilicet, dum alias quoque ad servitia præstanda obligati sunt, duplice onere graventur; interim tamen & hic casus improvisus exceptiōnem constituit, ut nobiles etiam ex diversis causis duplice onere omnino gravari possint, de quo pluribus consuli potest Heigius *P. 1. qu. 18. n. 23. seqq.* & ex hoc Klock. *de Conibut. c. 14. num. 58. seqq.* Immunitas Nobilibus competens, inquit Wintzler *de Collect. Obj. 14. num. 8. seqq.* non obtinet, quando durum necessitatis telum omnes indifferenter penetrat & eadem ratio communis utilitatis subditorum concurrit, quæ omnes in commune utilitatibus publicis obediē & subvectionem sine dignitatis privilegio celebriā suadet, sunt verba Impp. Arcadii & Honorii *in l. i. C. de navib. non excus lib. ii.*

§. VIII. Ut omnes privilegiatorum species ordine percurramus, necessitas iterum non efflagitat. De similibus enim idem facile potest judicium. Summatim rem compleſtetur Zieglerus *de jur. Majest. lib. 2. c. 2. §. 56.* In necessitatibus, inquit, æquum est, ut à summis sarcina ad infimos usque decurrat & necessitatibus subveniendum cum jactura univerſorum, non quorundam tantum. Nec igitur hoc casu Ecclesia nec Pontifex, nec Clerici, nec Nobiles, nec Professores, nec ulli alii quamuscunque privilegiis muniti exempti sunt, conf. Rec. Imp. Spir. *de A. 1542. §. 11* und nehmlich. Rec. Imp. August. *de A. 1551. §.* Solche der Stände. Rec. Imp. August. *de A. 1556. §.* Dieweil nun diese. Et

paulo post cit. Aut. §. 62. graviter subiungit: Quapropter nolim ego quenquam in r. bus afflitis adeo durum esse, ut reliquis civibus atque auxilio concurrentibus & communem utilitatem sublevantibus, ipse solus velit immunis esse & aliorum inopia suas conservare facultates. In salute communi, concludit, qui suam agnoscit contineri saltem, nunquam poterit salvum se credere, nisi illam pro virili promoteat atque conservet. Et ergo assertionem nostram DD. testimoniis satis superque stabilitam esse confidimus: *Iamunitatem non excusare ab oneribus extraordinariis.*

§. IX. Ratio hujus assertionis non adeo longe arcet, sesta videtur. Desumi quippe debet ex communi omnium actuum & conuentionum humanarum natura. Homines ea saltem communiter curare s'everunt, quæ ante pedes sunt defuturis & raro contingentibus parum, aut nihil plane solliciti. Unde DD. regulam formarunt in materia renunciationis, (quæ tamen ad præsentem scopum commode applicari potest,) quod renunciatio ad non cogitata non extendatur, Gail. l.1.Obf.98.num.14. Pruckman Vol. I. Conf. 8. num. 222. etiamsi accidente juramento facta fuerit, quia scilicet jurans quoque ad præsentia & quæ regulariter contingunt, solum respexisse videtur, vid. Dalner. de renunc. c. 2. num. 18. Wesenb. conf. 74.num.58. seqq. quapropter Illustr. Dn. Stryk in tr. de Caut. Contr. sect. 1. cap. 5. §. 14. hanc cautelam suppeditat, ut in renunciationibus speciatim exprimantur beneficia aliquod futura, quæ forte ob casus supervenientes competere, vel nova etiam Lege, seu Relcripto Principis induci possent. Eundem sensum habet aliud brocardum: *futurum jus esse irrenunciabile*, de quo Enenkel de pevit. l.3.c.16.n.17. hoc enim cit. Vir Illustris loc. all. §. 13. in fin. iterum hoc modo intelligendum esse assertit, quod renun-

nunciatio simpliciter facta ad futura non extendatur, sed ad illa jura, quae in praesenti competit renunciandi, restrin-
gatur. Facilis nunc est subsumptio, scilicet, omne privilegi-
um immunitatis intuitu concedentis abdicationem sive
renunciationem quandam illius juris exigendi collectas in-
volvit, quo superior haec tenus usus est. Ergo illud etiam
ultra ea, de quibus tempore concessionis probabiliter cogi-
tatum fuit, extensionem non admittit. Sed vero de casu
fortuito ex postfacto praeter spem superveniente, tan-
quam de re prorsus incerta, probabiliter non cogitavit
concedens. Ergo etiam in eum eventum immunitatem
concedere voluisse non presumitur.

§ X. Posset etiam hoc addi, omnem omnino conventionem secundum praesentem statum intuendam esse ex clausula: *Rebus sic stantibus*, ut propter novum emergens etiam ab his, quae anteā placuerunt, (vel placuisse videntur) rectissime recedatur & novum querendum sit auxili-
um. l. 8. pr. verb. si in eodem statu maneat. ff. de solut. Joh. Bapt. Costa in tract. Re integrâ quid liceat vel non. prælud. 4. num. 3. Barbosa de Clauses usū freqv. Claus. Rebus sic stantibus. 129. Finkelth. obs. 88. num. 2. quae clausula ipsi præstito juramen-
to tacite in se intelligitur, It. Obs. 90. num. 16. quidni ergo
ad eadem Princeps quoque in Rescriptis & concessionibus
suis respexisse crederetur? v. Brunnem. ad l. 1. ff. de Conf.
Princ. num. 3. quippe cum & ille omniscientia destituatur &
propter etiam rerum mutationes subinde evenientes
hanc lolarine queat. Et sic iterum non prodesset exceptio,
quam aliquis forsan ex generalitate concessionis desu-
mere niteretur.

§ XI. Addunt quidem nonnulli iis, quae haec tenus af-
seruimus, limitationem, nisi in genere de hac necessitate, vel

D. 3

casu

casu improviso et iam cogitatum fuisse tempore concessionis, Alexand. Vol. i. Conf. 10. & Vol. 5. Conf. 30. per tot. Wintzler de Collect. Decis. 2. num. 51. Verum enim vero hæc limitatio præsumendum in recessu habere videtur. Remanet enim quæstio, ut ita loquar, præjudicialis, utrum in dubio præsumendum sit, quod tempore concessionis concedens de ejusmodi casu ex extraordinario cogitaverit, quæ ex modo adductis sine dubio neganda erit. Unde recte respondit Modest. Pistor. *Vol. 1. Conf. 4. num. 5. seqq.* clausulam generalem: fr̄ch geruhlich ohne Steur, investituræ literis insertam, omnimodo ab extraordinariis collectis immunitatem neutquam involvere.

§. XII. Imo adhuc ulterius descendunt Legum Doctores. Afferunt enim, quod licet immunitas alicui concessa fuerit ab oneribus & collectis ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis, ea tamen non extendatur ad onera, quæ ratione belli, vel alter us publicæ utilitatis, vel necessitatibus, de qua ab initio non fuit verosimiliter cogitatum, exiguntur, Schrader de feud. cap. 5. concl. 56. num. 3. lit. D. Cacheran. Decis. 36. Jason. in l. placet. C. de SS. Eccles. & quos magno numero adducti Casp. Klockius de Contribut. cap. 14. num. 60. eamque sententiam non modo Cameralis judicij Spirensis usum, sed & consuetudinem totius Germaniaæ passim receptam comprobasse refert Mynsing. 4. obs. 70. quando à Collectis Imperii ob publicam necessitatem indictis nullos Ordines excusat subiungit. Quod si ergo in ejusmodi casu superveniente non excusatur is, qui immunitatem consecutus erat, ubi tamen extraordinariorum & insolitorum onerum mentio fiebat; quando minus excusabitur, quando eorum ne minima quidem mentio injicitur.

§. XIII. Illustrari hoc commodè ex materia de casibus for-

fortuitis poterit. Scilicet ex communibus principiis moralibus notum est, neque multis DD. testimoniosis indiget, in contractibus dolum quidem & culpam pro circumstantiarum diversitate, non autem casum fortuitum praestari debere, quia hujus intuitu nullum imputationis fundatum adesse deprehenditur. Quod si vero quis sponte humeris suis onus aliquod imponere, id est, casuum fortitorum præstationem in se suscipere velit, nulla juris prohibiti ratio ipsi contrariatur. Sed queritur, cum & ipsi casus fortuiti in duas classes dispisci soleant, *insolitorum* nempe & *insolitisimorum*, quos posteriores vix intra mille annos contingere solere interpres afferunt; queritur, inquam, si quis casus fortuitos in se receperit, an de insolitisimis illis quoque locutus confeatur? Et communiter negativam deprehendere licet, v. Gail. 2. obf. 25. n. 18. & obf. 52. n. 27. Sebast. Medic. de casib. fortuit. p. 1. qu. 15. n. 18. & qu. 16. n. 48. Ratio certe alia esse non potest, præter eam, quam suppeditat Ilustr. Dn. Strykius in not. ad Lauterb. tit. *Commodati. verb. Dissentiant.* quod ipsa æquitas hoc casu liberet Debitorem, quia de talibus nec in genere cogitare potuit; Idem sane in concessione immunitatis intuitu casuum insolitisimorum dicendum erit.

S. XIV. Antequam pergamus, id quoque monendum venit distinctius, onera extraordinaria duplicitis esse generis. Innuitur ea distinctio in l. 5. C. de SS. Eccles. ubi primo dicitur: *nil extraordinarium superindictumve ulterius ab ecclesia flagitandum esse*, mox tamen exceptio intuitu ejus canonice illationis, *quam adventitia necessitatis sarcina repentina poposcerit subjicitur*. Ergo Ecclesia ab extraordinariis oneribus mox immunis erit, mox autem ad ea suscipienda iterum tenebitur, quod sane contradictionem involveret,

veret, nisi diversos planè casus supponeret tām diversa decisio. Nos ita procedendum esse putamus. Necesitas est duplicitis generis, alia *privata*, alia *publica*. Per *privatum* hoc loco intelligimus, quæ quidem in persona Principis deprehenditur, sed ita tamen simul comparata est, ut ad totam Rēpublicam singulaque ejus membra non pertineat, v.g. si Princeps immensis iisque inconsultis donationibus, luxu & dissipatione bonorum, thesauros suos ita exhaustus, ut ordinaria tributa iisdem non amplius sufficiant. *Publicam* ē contrario appellamus, que integrum Provinciam omnesq; cives respicit, ut quando ab ingruente hoste omnium bonis inevitabilis ruina imminet, & quæ sunt similia, de quibus postea adhuc dicendi locus erit. Pro diversitate ergo hujus necessitatis nunc facile etiam munerum extraordinariorum diversitas intelligi potest, quæ necessario paulo distinctius ostendenda fuit, cum plerique ex Scriptoribus, si non omnes, eandem hactenus plane neglexerint, & sic non potuerit non illorum doctrina obscura manere & legentibus non unum scrupulum relinquere, quod ipsum tamen directo bona methodi regulis adversatur.

§. XV. Quæ itur autem, quando hactenus adstruximus, immunitatem ab extraordinariis oneribus non excusare, quænam extraordinaria onera hic intelligi debeant, an certi saltem generis, an vero utriusque? Sane si quævis necessitas, etiam illa, in quam se Princeps citra respectum salutis subditorum suorum conjectit, licentiam tribueret, extraordinaria tributa pro lubitu imponendi, immunitatis concessio vel nullum omnino, vel exiguum admodum usum haberet, cum nunquam deesse possit prætextus aliquius necessitatis quæ suaderet, ut à Regula ad exceptionem defleteret Princeps. At vero hōc modō promissio fe-

semel facta effectu suo destituta irrita redderetur, quod intendisse concedens non præsumitur. Ergo illa saltem necessitas ad imponenda onera immunitibus & privilegiatis sufficiens erit, quæ ad communem Patriæ salutem promovendam pertinet, quam adeo necessitatem juris, alteram vero facti appellare etiam possit. Et hanc nostram explicacionem menti DD. iterum exactè convenire, paulo uberioris in sequentibus demonstrabimus.

§. XVI. Ecclesiam & personas ecclesiasticas tunc demum ad contribuendum obligatas esse afferunt, quando publica versatur utilitas, & pietas hoc requirit. Sed quid venit sub nomine hujus utilitatis & pietatis? declarant hoc porro exemplis, v. g. quando muri civitatum, pontes, fontes & flumina reficienda, quando civitas custodienda, v. Nov. 131. cap. 5. item quando collecta imponitur, ut detur armigerois, qui totam provinciam depopulantur; eum in finem, ut iterum discedant, quod vocatur die Brandstaltung. Item, quoties tributum exigitur, ut repellantur hostes, qui prædando, excurrendo & occidendo, patriam invadunt, & quæ sunt ejusdem generis alia, de quibus post Joh. de Platea, Lucam de Penna, Salycketum, Imolam & alios fuse agit Winzler Decis. 8. à num. 4. ad 15.

§. XVII. Eo similiiter collimant, quæ à DD. intuitu Nobilium Vasallorum (aut qui quidem bona feudalia non possident, sed nihilominus tamen immunitate munit sunt,) passim traduntur. Petrus Heigius, quem non semel hactenus allegavimus, lib. 1. quest. 18. ex professo, ut dicunt, hanc quæstionem pertractat: *An Vasalli Nobiles ultra consuetas servitia nomine feudalium honorum illo casu tributis, aut extraordinariis collationibus gravari possint?* & primo quidem num. 16. seq. recte concludit: quod non liceat Dominis Vasallis suis pro exercitu Imperatoris aut transiui, pro maritanda filia, aut filio in militiam mittendo, pro liberando Domino, aut acquirenda ter-

ra nova, collectam imponere, cum licet illud consuetudine (quæ probanda) in quibusdam locis circa ejusmodi collationes inductum fuerit, idem tamen non sit ad necessitatem juris trahendum, aut pro jure communi feudalii venditandum. Quin immo si Vasallus Domino feudi tributa, vel collectas indebitas solverit, ea solutio per impressionem facta esse præsumatur, neque ea præstatio posteris præjudicet, Vasqv. *Illiustr. controv. lib. 2. c. 83. num. 27.* Omnes boni, inquit Cicero *pro Sefio* semper nobilitati favemus & quia utile est Reipublicæ, nobiles esse homines, dignos majoribus suis: & quia valere debet apud nos clarorum hominum de Rep. meritorum memoria, etiam mortuorum. Coguntur illi in armis ad militiam semper esse parati, & tam equis, quam corporibus, ut justum videatur, eos in aliis relevare, &c.

S. XVIII. Hæc ad necessitatem pertinent, quam nos *facti*, nec non *privata* appellavimus. Progreditur autem Idem Heigius *num. 23. seqq.* ad secundam speciem, & de ea sequentem in modum differit: quod quamvis nobilium Vasallorum immunitas sarta & recta regulariter servari debeat; nihilominus tamen causæ proferri possint, in quibus ob imminentem & haud provisam *extremam necessitatem* iidem quoque cum aliis gravari debeant. Quid enim, inquit, si *pro defensione provinciae sue* Dominus opus habeat non tantum auxiliario, sed & stipendiario milite, & non tantum cives ipsi, sed & Vasalli in aciem prodire cogantur, ubi onus generaliter afficit totam provinciam, & concurret eadem ratio communis utilitatis subditorum, Roland a Valle *lib. 2. Conf. 1. num. 76. seq.* Quid, pergit, si Christiani nominis juratus hostis, Tyrannus Turcicus, *fines Germanie* populetur, & pro bujus defensione non tantum copiæ conscribantur, sed & publico imperii decore collecta omnibus Statibus imponatur? Certe nemo vere aut juste affirmabit, à talibus Collectis nobiles Vasallos im-
mu-

munes esse debere. Etenim, addit, ut sententiam hanc muniam, ex ultimo cum primis cogitandum, quod inter interpres frequentius est receptum, videlicet immunitatem concessam alicui ab oneribus & Collectis ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis, non extendi ad onera, quæ imponuntur ratione belli, (defensivis scilicet,) vel alterius publicæ utilitatis, de qua ab initio non verosimiliter fuit cogitatum. *A. Erod. ver. judic. lib. 10. tit. 14. c. 1. 2. Natta lib. 1. Conf. 63. § 66.* Ludolph Schrader de feud p. 10 sect. 1 num. 130. In eo tamen dissentimus ab Heigio, quod Collectas pro liberando Domino (captivo scil. cet) solvendas non ad casum extremæ & publicæ necessitatis, sed ad leviores referat; cum tamen hic, maxime si Dominus pro defensione patriæ militans ab hosti- bus capatur, contrarium liquido pateat.

§. XIX. Ejusdem tenoris sunt, quæ ex diversis Responsis J. Ctorum Wittebergensium adducit B. Ziegler, *de jur. Majest. 1. 2. c. 2. § 57. seqq. & §. 62.* In primo Responso §. 57. supponitur casus, daß die Frau Aebtissin des Stifts Quedlinburg Dero Unterha- nen des Kriegs-Wesens halber unterschiedliche extraordinar. Steu- ren und contributions eine und die andere Gefahr abzuwenden, die fürgegangene Militär-exactions abzuführen, und die (feindliche) Durchzüge samt den Einquartierungen auszurichten angelegt, re & concludunt Don. Consulentes: weil ohne das auch die Lehn-Güther zu Abwendung besorgender Kriegs-Gefahr und andern Bes- schwerungen (scilicet quæ sunt ejusdem generis) mit extraordinar. Anlagen belegt werden können; So könne sich auch der Quaren des selben mit Recht nicht entbrechen. Ita porro in §. 56. Die übrigen aber, welche zu des Landes WollfARTH auf die Güther geschlagen gewesen, und dem Landes-Fürsten nicht zukommen, sind sie zu ersehen schuldig, B. R. W. Item in § 62. Wenn nun gleich mit den extraordinar. Anlagen es diese Bewandtniß hat, daß von denselben niemand befreit seyn kan, und mit solchen die Privilegiati sich belegen lassen müssen, in Erwegung, daß dieselben gemeinlich aus dringender Notch, und zu Abwendung vorstehender Gefahr oder Aufhelf- fung

3 CAP. II. DE CASIBUS,

fung des gemeinen Wesens angewendet werden. Plura in rem
clara adducere superedemus; omnia enim, quæ in jure de
duro necessitatis telo adducuntur, ejusmodi inevitabilem
nec sfratrem ubique supponunt.

§. XX. Hoc etiam addendum, quod cùm Nobiles dupli-
cia habeant bona, feudalia & allodialia, immunitas iis com-
petens regulariter saltem ad feudalia pertineat in allodiali-
bus autem non prästet excusationem, quippe quorum intu-
itu perinde, ut alii, onera patrimonialia ferre tenentur. Sed
regulariter inquam. Moribus enim & consuetudine aliquan-
do contrarium servari, diffiteri nequit, de quo post Klocki-
um idem Zieglerus loc. cit. §. 50. & exemplum adest in patria
mea, Ducatu scilicet Bremenſi, ubi Nobiles plerique bona
feudalia quidem non possident; sed nihilominus tamen im-
munitate eadem gaudent, quæ feidis a'ias adscribitur, quan-
doquidem vi specialis conventionis, cum Episcopo Bre-
menſi quondam initæ, servitia equestria perinde ut Vasallii
præstare s̄everunt. Ergo in tali caſu eadem applicanda e-
runt, qua de bonis Vasallorum feudalibus ha'c tenus attulim-
us. Nec hariolari possum, quid moverit Ægidium Tho-
matum de Collect. §. exactis. num. 21. seq. quod talem consuetudi-
nem, immunitatem bonis allodialibus tribuentem, tanquam
juri adversam rejecerit; quasi verò consuetudinis non sit i-
dem effectus eademque efficacia, quæ l. g. scriptæ tribuitur,
unde quoque ejus opinionem tanquam fundamento desti-
tutam jam rejicit Ziegl. loc. prox. cit.

§. XXI. Limitanda venit assertio nostra, nempe quod nec
in caſu extremæ nec effitatis aliquis ad impositas collectas
teneatur, si senior privilegi ita generalis est, ut aperte conſet,
concedentem omnem omnino immunitatem concedere voluisse.
Exemplum luculentum est in Diplomate immunitatis Gof-
wino Merckelbachio, Cancellario Lunæburgensi, à S. Cæl.
Majest. clementissime concessio, quod refert Merckel-
bachii

bachii Sobrinus Caspar Klockius de *Contribut.* c. 16. num. 114.
 Es soll D. M. mit Belegung und Einnehmung des Kriegs Volks und
 andern Beherbergungen und Gastungen, desgleichen Wachens, Rei-
 sens, Frohnen und dergleichen Dienstbarkeiten für sich selber und die
 Seinigen, und sonst den aller andern Beschwerden ganz und gar frey,
 exempt und entledigt seyn. Et item Er soll im H. Reich seiner Güther
 halben mit ganz keinerley Steuer, Lösung, Aufflegung, Anschlagungen/
 Hülf- und Anleg. Geld, wie und umb was Sachen solches beschehen o-
 der fürgenommen, belegt oder beschwert werden. Alia est quæstio:
 Num Imperator sub sitis Statuum in præjudicium superio-
 ritatis territorialis talem immunitatem concedere valeat?
 quam in præsenti, utpote à scopo nostro alienam, intactam
 relinquimus.

§. XXII. Altera limitatio est, quod quam primum res in pri-
 stinum statum redierit, id est, necessitas extrema cesseret, finitô-
 que bello aurea pax reducta fuerit, tunc statim quoque obliga-
 tio ad solvenda indicia munera extraordinaria cessare debeat;
 juxta principia vulgata, quod cessante causa impulsiva, simul
 etiam effectus exinde profluens cesseret, cum hæc duo tan-
 quam correlata se mutuo ponant, & mutuo tollant, v.l. que
 propter. num 3. ff. de R. J. & ibi Dec. in not. Klock de *Contribut.* cit.
 c. 16. num. 119. quia alias adhuc limitationes suppeditat, qua sta-
 men singulas excutere nimis prolixum foret. Ergo Lecto-
 rem eo remississe sufficiat.

§. XXIII. Et hi præcipui sunt casus, in quibus immunitas
 alicui à superiore concessa excusationem non præbet, quod
 idem obtinere existimamus, si Civitas alicui ex civibus per
 modum conventionis immunitatem tribuerit, de quo di-
 cūm fuit C.I. §. XIIIX. nam & h̄c concescio immunitatis ad
 ea, de quibus ab initio verosimiliter cogitatum non fuit, ex-
 tendi nequit, unde tunc procedendum juxta regulam
 Christi:

*Reddite, Christus ait, ea quæ sunt Caesaris, illi:
 Reddat quisque Deo, quæ legit, esse DEI.*

E 3

Quod

CAP. II. DE CASIBUS,

Quod si enim voluntas Principis, prout ex concessis DD.
hactenus fūe demonstravimus, in interpretatione privile-
giorum & immunitatum extentionem ad casum extraordinariorum
orientium orationum ex improvisa necessitate orientium nul-
latebus admitit; nulla certe ratio aderit, ob quam ea in con-
cessionibus privatorum locum invenire posit.

§. XXIV. Antequam autem colophonem huic nostrae
Dissertationi imponamus, binis verbis nonnulla de aliis casi-
bus subiicienda erunt, in quibus immunitas excusationem
non præbet. Diximus antea, bona Clericorum ex dispositio-
ne canonum à tributis atque oneribus exempta esse. Ve-
rum enim vero hoc non ulterius procedit, quam inuitu eo-
rum bonorum, quæ ab Ecclesia ad sustentationem Clerico-
rum destinata sunt & sic bonis ecclesiasticis reliquis annu-
merantur. Quantum vero bona eorum patrimonialia atti-
net, quando videlicet sibi ædes, hortos aliosque fundos pri-
vatos pro meliori sua futurumque sustentatione comprarent, aliud
dicendum videtur. Non queritur vero: annon bene & pie faciat
Princeps, si ejusmodi etiam bona ab ordinariis præstationibus
eximat? hoc enim nos non negamus, imo vero, ut Princeps hoc
faciat, suademus, modo Clerici tales sint, quales esse debeant ex
præscripto juris divini, id est, boni subditi qui ministerio conten-
ti sunt & magisterium non afflant, & qui non solum prædicatio-
ne verbi divini, sed simul etiam vita sanctitate & vivo exemplo
Auditoribus suis præludent; sed de eo saltem est quæstio: ut-
rum peccet Princeps, qui bona Clericorum patrimonialia tribu-
tis subiicit? quam quæstionem omnino negandam ducimus & sic
praxin plerarumque nostrarum Provinciarum justam omnino &
legitimam esse defendimus.

§. XXV. Deduxit hanc quæstionem solidissime accuratissi-
mus & cordatissimus JCtus, Caspar Zieglerus in *tr. de jur. Majest.*
l. 2. c. 2. §. 21. seqq. ubi in §. 22, in specie ita: *Contra omnes Canoni-
stas, inquit, statuo, licere Principi ex bonis Clericorum patrimo-
nialibus tributa exigere, etiam inconsulto Romano Pontifice, Th.*
Maul,

Maul, *de Homag. tit.9. num. 63.* quia enim Clerici non tantum qua Clerici, sed etiam qua Cives sunt, spectantur in Republica, Legibus Principum tenentur, nisi earum gratia aut libertate generali, toti Clero induita, aut alicui ordini, ex beneficio Regum consecuti sint, Petr. de Marca *de Concord. sacerdot. & imper. lib. 2.c. 7.n. 8. v.* Carpzovius *Juris pr. Consil. lib. 2. Def. 31.* Ipse Zieglerus, ne, ut ejus verba habent, odium & crabrones in eum excitentur, hanc sententiam suam verbis Francisci Duarenii fusius declarat, & nos ex eadem ratione ejus verba nostra fecimus. Pertinet huc Responsum Wittebergense an Bürgermeister und Rathmanne zu Burg Mens. M:rt. 1675. ab eodem adductum in §. 21. Ist bey Allegung der Collecten zu Erlangung des eurer Stadt von dem Reichs- und Creys: auch allen anderen Steuern zugeschriebenen contingents, allemahl das Absehen mit auff die liegende Gründe an Aekern, Gärten und Häusern, nebst eines ieden Gewerbe und Nahmung genommen und die Anlagen darnach eingerichtet worden, und es wollen eure Pre-diger und Schuldienier sich zu dergleichen Anlagen von ihren unbeweglichen Güthern, so sie von ihren Eltern ererbet, oder mit ihren Weibern durch Heyrath bekommen, oder auch von andern erkaufft, nicht verstehen, nach mehrern Inhalt eures Berichts. Ob nun wol == dennoch aber und dienweil diejenigen Acker, Gärten und Häuser so die Kirchen und Schul-Diener von ihren Eltern und Freunden ererbet, oder durch Heyrath bekommen, oder Kaufweise an sich gebracht, eigentlich keine geistliche oder Kirchen-Güther seyn, dieselbe auch vorhin, ehe Sie an diese Personen ankommen, von den gemeinen Anlagen niemals befreyet gewesen, und anders nichs, als mit denen darauff haftende oneribus, auff Sie gebracht worden sind; So seynd auch die Kirchen und Schuldienier wegen ihrer patrimonial-Güther die gemeinen Anlagen zu tragen schuldig, &c. Legi quoque merentur, qua de hac materia tradit Dion. Gothofred. *in not. ad l. 5. C. de SS. Eccles.*

§. XXVI. Limitationem autem capit hæc assertio nostra in eo casu, si forsitan interdum fieri solet, Civitas domum parochiale Clericorum habitationi definitam non habeat, & propterea Clericus proprias suas ædes, quas in patrimonio habet, inhabitate cogatur. Tunc enim, quod vulgo dicitur, officium suum ne-

mi-

40 CAP. II. DE CASIB. UBI IMMUNIT. NON EXCUSAT.

minidannosum esse debere, sine dubio etiam locum habere debet. Et hinc ædes illas ab oneribus vel omnibus, vel aliquibus s. litem, tamdiu liberas esse debere, quondam Clerico de habitatione prospectum fuerit, dubium non est, Tabor *de jure metator. part. 3. sect. 2. c. 2. art. 1. num. 10.* aut si civitas immunitatem eam concedere detrectat, mercedem annuam, quanta pro conductione ædium communiter solvi consuevit, solvere tenebitur.

§. XXVII. Porrò immunitas quibuscumque bonis ecclesiasticis aliis competens, tamdiu saltem excusat, quamdiu in dominio ecclesiæ manent. Quod si ob evidentem utilitatem, vel necessitatem quoque inevitabilem in Laicos transferantur, novus possessor eadem in censum deferre & tributorum oneri subjicere tenetur, quia scilicet tum non amplius in Ecclesiæ Dominio & usu persistunt, sed rerum secularium naturam induunt, Ziegler *loc. cit. §. 29. in f.*

§. XXVIII. Ex eodem fundamento profluit, quod immunitas Consiliariis, Secretariis & Litteratis competens, non trahatur ad eum casum, si mercimonia tractare incipiunt, quod ad Professores quoque in Academiis applicandum. Nam tunc sunt immunes ratione personarum & bonorum, non vero ab oneribus, qui negotiationi incumbunt, Brunnem. *ad l. 6. ff. de vacat. & excus. munier.* quando enim duo diversa concurrunt in eadem persona, perinde est & habetur, atque si concernerent diversas personas, aut in iis concurrerent, quam materiam latè pertrectat Mevius p. 3. *Decis. 321. per tot.*

§. XXIX. Desimilibus idem esto judicium. Nos, qui brevitati ubique studemus, concludimus verbis ejusdem Mevii d. l. num. 4. *Quae sub certa qualitate dantur privilegia, ea alteratè desinunt.* Ita generatim de omnibus, qui ex conditione perlonge füe, vel prospectum eosdem non essent immunes, & in specie si negotiationes exercent, illarum onera sustinent, Coler. *de process. executiv. p. 2. c. 3. num. 137. seq.* Nam prout quis diversis qualitatibus praeditus est, sic pro diversa persona habetur, est quippe hominis status dividuus & talem distinctionem ac diversum respectum patitur, Gail. *de Arrest. c. 6. n. 14.* Cavalcan. *lib. 5. Decis. 23. num. 13.*

Dav. Mevius *loc. alleg. num. 9.*

TANTUM.

ULB Halle
002 406 853

3



56.

vol 18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

DISSE^RTAT^O JURIDICA
DE
**IMMVNITATE
NON EXCUSANTE,**

QVAM
DEO ter O. M. annuente,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO,

D N. F R I D E R I C O
WILHELMO,
REGNI BORUSSICI, ELECTORATVS ET
PROVINCIARVM BRANDENB. HEREDE,
ET RELIQUA,

In Illustri Academia Fridericiana,
PRÆSIDE

JACOB^O F R I D E R I C O
LUDOVICI,
J. U. D. & PROF. PUBL. EXTRAORD.

Placido Eruditorum examini submittit

Ad d. Decembr. M D C C I I . H. L. Q. C.

CHRISTOPHORUS GEORGIUS de LIETH
Eques Bremensis,

RECUS. HALAE MAGDEBURGICAE,
LITT. CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

